Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XII. De Joanne, qui Episcopum Alexandriae post Timotheum gubernavit. Quomodo eum Zeno tanquam perjurum ejecit, & Petro Mongo eandem sedem restituit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

τῷ κανώβῳ διά τινα στάσιν τοῦ δήμου διάγοντα· ὁ μὲν τιμόθεος τοῖς τοῦ βασιλέως κελεύσμασι, τὸν οἰκεῖον κατείληφε θρόνον.

A ob ſeditionem populi tunc Canopi degebat, revocavit. Timotheus igitur Imperatoris juſſu ſedem ſuam recuperavit.

Κεφ. ιβʹ.

Περὶ ἰωάννου τοῦ μετὰ τιμόθεον τῆς ἀλεξανδρέων τοὺς οἴακας καταχόντος, ὅπως τε τοῦτον ὁ ζήνων ὡς ἐπιορκήσαντα ἀπελαύνει, πέτρῳ δὲ τῷ μογγῷ τὴν ἀλεξανδρέων ἐγχειρίζει.

Ἐκβολῆς δὲ ἐνίων, ἰωάννης πρεσβύτερος οἰκονομεῖν τεταγμένος τὸν σεβάσμιον ναὸν τοῦ ἁγίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ ἰωάννου, τὴν βασιλέως καταλαμβάνει, πρεσβεύσων B ἵν᾽ εἰ συμβῇ τὸν ἐπίσκοπον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, ἐξὸν ᾖ τοῖς τὴν ἀλεξάνδρου οἰκοῦσι προβάλλεσθαι πρόεδρον ὃν ἂν ἐθέλοιεν· ὃς ἑαυτῷ μνώμενος τὴν ἐπισκοπὴν, ὡς ζαχαρίας φησὶν, ἐφωράθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως· καὶ ὅρκους ὑποσχὼν μή ποτε τὸν τῆς ἀλεξανδρέων ἐπιζητήσειν θρόνον, ἀνὰ τὴν οἰκίαν ἐπαναζεῦξαι· καὶ θεσπίζει γε βασιλεὺς, μετὰ τελευτὴν τιμοθέου, ἐκεῖνον ἐπίσκοπον γίνεσθαι ὃν ἂν ὁ κλῆρος καὶ τὸ κοινὸν ψηφίσωνται. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τελευτήσαντος τοῦ τιμοθέου, ὁ ἰωάννης χρήματα δοὺς ὡς τῷ αὐτῷ ζαχαρίᾳ γέγραπται, C καὶ ἐς τὰ ὀμωμοσμένα τῷ βασιλεῖ ἀλογήσας, ἐς ἐπίσκοπον τῶν ἀλεξανδρέων προβάλλεται. ἅπερ ὁ βασιλεὺς γνοὺς, ἐκεῖνον μὲν ἀπελαθῆναι κελεύει· ὑποθήκῃ δέ τινων προσφώνησιν πρὸς τοὺς ἀλεξανδρέας γράφει, ἥνπερ ἑνωτικὸν κέκληκε, θεσπίσας ἀποδοθῆναι πέτρῳ τὸν θρόνον τῆς ἀλεξάνδρου, εἴπερ ἐν τούτῳ καθυποσημήνοιτο, καὶ τοὺς τῆς μοίρας προτερίου ἐς κοινωνίαν δέξοιτο.

Cap. XII.

De Joanne, qui Epiſcopatum Alexandriæ poſt Timotheum gubernavit. Quomodo eum Zeno tanquam perjurum ejecit, & Petro Mongo eandem ſedem reſtituit.

Joannes verò Presbyter & Oeconomus venerabilis Eccleſiæ ſancti Joannis Præcurſoris & Baptiſtæ, conſilio quorundam Alexandrinorum, Legatus B miſſus eſt Conſtantinopolim, petiturus à Principe, ut ſi forte Epiſcopus ipſorum è vivis abiiſſet, liceret civibus Alexandrinis eum, quem vellent, Epiſcopum eligere. Hic tamen ſicuti Zacharias ſcribit, Epiſcopatum ſibimet ipſi ambire ab Imperatore deprehenſus eſt. Cumque ſe jurejurando obſtrinxiſſet, nunquam ſe Alexandrinam ſedem affectaturum eſſe, in patriam reverſus eſt. Imperator verò lege lata ſanxit, ut poſt mortem Timothei is eſſet Epiſcopus, quem Clerus & populus ſuffragiis ſuis elegiſſent. Haud multo poſt, mortuo Timotheo, idem Joannes datâ pecuniâ C ut ab eodem Zacharia relatum eſt, & jurejurando, quo ſe apud Principem obſtrinxerat contempto, Epiſcopus Alexandriæ conſtituitur. Quod ubi comperit Imperator, illum quidem ejici præcepit. Quorundam autem ſuaſu, allocutionem ſcripſit ad Alexandrinos, quam Henoticum appellavit. Juſſitque ut Alexandrina ſedes Petro reſtitueretur, dummodo ille Henotico ſuo ſubſcribere, & Proterianos in communionem ſuſcipere voluiſſet.

Κεφ. ιγʹ.

Ὡς πέτρος ὁ μογγὸς δέχεται τὸ ἑνωτικὸν ζήνωνος, καὶ τοῖς ἀπὸ προτερίου συνάπτεται.

Ταύτην τὴν οἰκονομίαν γνώμῃ συντεθειμένην ἀκακίου τοῦ τῆς βασιλίδος ἐπισκόπου, περγάμιος ἀποκομίζει, ὕπαρχος τῆς αἰγύπτου χειροτονηθείς· ὅστις προσχὼν τῇ ἀλεξανδρείᾳ, πεφευγότα τὸν ἰωάννην εὑρηκὼς, ἐντυγχάνει τῷ πέτρῳ, καὶ πείθει δέξασθαι τὴν προσφώνησιν ζήνωνος, προσέτι δὲ καὶ τοὺς διεστῶτας. δέχεται τοίνυν τὴν εἰρημένην προσφώνησιν, ὑπογράφει τε ταύτῃ, ὑπισχνεῖται

Cap. XIII.

D *Quomodo Petrus Mongus Henoticum Zenonis amplexus eſt, & Proterianis ſe conjunxit.*

Hanc diſpoſitionem, concilio Acacii Regiæ urbis Epiſcopi factam, Pergamius, qui Præfectus Ægypti conſtitutus fuerat, ſecum detulit. Is cum Alexandriam appuliſſet, Joannemque fuga elapſum eſſe didiciſſet, in colloquium venit cum Petro: Suaſitque ei, ut Zenonis allocutionem, & eos, qui ab ipſo diſſentiebant, ſuſciperet. Petrus itaque ſuprà memoratam allocutionem ſuſcepit, eique ſubſcripſit. Eos verò, qui